



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 105. Andreae de Soto, Marci Capelli & Jacobi Jansonii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. A. C. 1625. que hortentur, ut in festo S. Josephi ab omni opere servili abstineant, & piis orationibus vacantes officiis Divinis intersint. Inhibuit etiam Synodus, ne quis sub concione rem Divinam peragat, aut extra mortis periculum infantem Baptizet, nec altari portatili Sacerdotes utantur, nisi ubi Altaria omnia ab hæreticis sunt profanata, nec ob bella & pericula aditus Episcopo, ut consecrentur, patet. Die octava Aprilis anni sequentis idem Episcopus Synodalem habuit congregationem, in qua priori Synodo quædam adjicierebat decreta. & quidem primo inhibuit, ne pueri & puellæ simul in eodem loco & sub eodem Magistro doceantur. II. Ne tempore pestis Parochi suis fidelibus Eucharistiam vino immerfam porrigant. III. Ne permittant, ut quæstores quidam per Diæcesin vagentur, indulgentias publicent, & stabula benedicant.

§. CV.

Andree de Soto, Marci Capelli, & Jacobi Fansonii obitus.

*Menolog.
Heber.
p. 2329.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc anno obiit, recenseri meretur Andreas de Soto ex Ordine FF. Minorum S. Francisci, qui in Castella veteri natus,

tus, omnesque ferme Ordinis sui honores emensus, Claræ Eugenïæ Ifabellæ Belgiorum Gubernatrici a confessionibus erat, ac demum Bruxellis die quinta Aprilis septuagenario major decessit, posterisque reliquit Paraphrasin in lamentationes Jeremiæ, atque in Psalmos decimum octavum, & centesimum vigesimum primum præter tractatum de conversione boni latronis, & libellum de vita S. Josephi, necnon de contemplatione Christi Crucifixi. Ex eodem Ordine Mense Septembri Romæ obiit Marcus Antonius Capellius, insignis Venetorum Theologus, Sacræque Inquisitionis Qualificator, cujus uberiorem vitæ descriptionem addidit Bononius Abbas dissertationi, quam Capellius de *appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Sedem Romanam* edidit Romæ iterato prælo novissime excusam. Præter hanc dissertationem insuper contra interdictum Pauli V. calamum strinxit, inopinato tamen Bononiam secedens, propriam suam lucubrationem confutavit, edicto tractatu de *absoluta omnium rerum Sacrarum immunitate, & Principum laicorum potestate ex lege Naturæ, Moysis, & Christi*. Scripsit quoque contra Marcum Antonium de Dominis librum de *necessitate Regiminis Monarchici in Ecclesia*, necnon de *successione Episcopi Romæ*.

Sæc. XVII.
 A. C. 1625.

Sæc. XVII. *Romani in eundem Pontificatum*, præter
 A. C. 1625. dissertationem *de cæna Christi suprema*
 contra Vecchietium. Nec minus eru-
 ditionis, pietatisque fama celebrem se
 reddidit Jacobus Janfonius patria Am-
 stelodamus Theologiæ Doctor, atque
 in Lovaniensi Academia Sacrarum lite-
 rarum Interpres, & ad Divum Petrum
 ejusdem Urbis Decanus, qui in vitæ
 sanctimonia, & literarum studio con-
 senescens, die trigesima Julii anno æ-
 tatis suæ septuagesimo octavo, sicut
 sanctissime vixit, ita & placide in Do-
 mino obdormivit. Scripsit commenta-
 rios in Cantica Canticorum, in Psa-
 lmos Davidis, in Jobum, atque in Evan-
 gelium Sancti Joannis, necnon Instru-
 ctionem Catholici Ecclesiastæ iterato
 prælo excusam, præter orationes &
 varios libellos asceticos.

§. CVI.

*Joannis Gallemarti, Philippi Ga-
 machæi & Henrici Hollandi
 extrema.*

Andr. Bibl. **H**orum fata sequebatur Joannes Gal-
Belg. Fre- **llemartus** in Belgio natus Theologiæ
cher. Theatr. Doctor, ac Duacensis Professor, qui
Viv. erud. Decisiones Cardinalium Concilii Tri-
p. I. Sect. 3. dentini Interpretum emendatus Duaci
 imprimi curabat, prioresque earum
 edi-